BONAVENTURA. ENGELBERTUS ADMONTENSIS. ETC.
14. Jh. Seite 1v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26241
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Prologus

et intelligentiarum. Si ergo oculum latitudi-
nem sacre scripture speculari. prima fronte
occurrit sacra scriptura secunda in duo testa-
menta. scilicet in vetus et novum. Vetus autem occurrit
multitudine librorum. Habet enim libros legales
historiales. sapientiales et prophetales. Ita quod
primi sunt quinque. Secundi .x. Tertii .v. et quarti sunt .vi. ad
hoc numerus .xxvi. Novum similiter testamentum
habet libros huius correspondentes. secundum quod plurimum
formam. Nam legalibus correspondent libri
ewangelici. Historialibus actus apostolici. Sapi-
entialibus epistole apostolorum et maxime pauli.
Prophetalibus correspondent liber apocalipsis. ut
sic sit mira conformitas inter vetus et novum
testamentum. non in continentia sensuum. unde est in
quadriformitate partium. Inter figuram et configura-
tionem videtur ezechiel rotas .iiii. faciem
et rotam in medio rote. quia vetus est in novo
et econverso. In libris legalibus et ewangelicis est
facies leonis. propter excellentiam auctoritatis. In
historialibus est facies bovis. propter exempla
virtutis. In sapientialibus est facies hominis
propter prudentiam sagacem. In libris prophetalibus
est facies aquile propter intelligentiam sagacem.
Recte autem scriptura sacra dividitur in vetus et novum
testamentum et non in thoricam et praticam sicut
phisica. quia cum scriptura fundetur proprie super
cognitionem fidei que est virtus et fundamentum mo-
rum et iustitie et totius recte vite. non potest ita
sequestrari notitia rerum sui credendorum a no-
titia morum. Secus est autem de phisica que non tantum de
veritate morum. verum et agit de vero nuda specu-
latione considerato. Quoniam igitur scriptura sacra est no-
titia movens ad bonum et revocans a malo et
hec est per amorem et timorem ideo dividitur in duo testa-
menta quorum brevis differentia est timor et amor et quia quod
plurimum potest moveri quis ad bonum et revocari a ma-
lo. scilicet per precepta potentissime maiestatis vel
per documenta sapientissime veritatis. vel quia per
exempla et beneficia innocentissime bonita-
tis vel ex omnibus in unum collectis. ideo tam in
novo quam in veteri sunt quadriformiter editi libri
continentes sacram scripturam secundum correspondentiam
ad .iiii. premissa. Nam libri legales mov-
ent per precepta maiestatis omni potentissi-
me. Historiales per exempla bonitatis innocentis-
sime. Sapientiales per documenta veritatis pru-
dentissime. Prophetales movent ex omnium pre-
dictorum aggregatione sicut manifeste in eis
apparet. Unde ipsi sunt quasi rememorantes totius legalis
sapientie et doctrine. Est igitur scriptura sacra similis la-
tissimo fluvio qui ex concursu multarum aquarum ag-
gregatur magis ac magis secundum quod longius decurrit. Sed
cum primum in scriptura essent libri legales postsuper
venit aqua sapientie historialium. secundo vero super adve-
nit doctrina sapientissimi salomonis. post
hec est doctrina prophetarum et tandem doctrina ewangelica
revelata per os christi prolata per ewangelistas
conscripta per sanctos apostolos divulgata additis et
documentis que spiritus sanctus super eos veniens docu-
it nos per eos ut sic omnium veritatem per spiritum
sanctum vix divinum promissum edocti omnis veritatis
salutaris doctrinam ecclesie christi darent et sacram
scripturam consumando veritatis notitiam declara-
rent.

De longitudine sacre scripture.

Habet igitur hec scriptura sacra longitudinem
que consistit in descriptione tam tem-
porum quam etatum a principio scilicet mundi usque ad di-
em iudicii. Describit autem mundum per tria tempora
decurrere scilicet per tempus legis nature legis scripte et legis
gratie et in his tribus temporibus septem distinguit
etates. Quarum prima est ab adam usque ad
noe. Secunda ad noe usque ad abraham. Tertia
ab abraham usque ad david. Quarta a
david usque ad transmigrationem. Quinta a trans-
migratione usque ad christum. Sexta a christo usque ad finem
mundi. Septima decurrit in sexta que
incepit a christo in sepulchro usque ad ruinam
vel quando resurrectionis incipiet octava.
Et sic scriptura sacra est longissima quia in-
tractando incipit a mundi et temporis exordio
in principio generationis et pervenit ad finem mun-
di et temporis scilicet ad finem apocalipsis. Recte autem
universum tempus quod decurrit secundum triplicem legem scilicet
indita iterius et data exterius et infusa
superius. decurrit per septem etates et consum-
matur in fine sexte. ut sic mundi decursus con-
respondeat decursui maioris mundi scilicet hominis
propter quem factus est. Nam prima etas mundi in qua facta
est ipsius mundi formatio casus demonum
et confirmatio angelorum recte respondet primo
me diei in qua facta est lux et distincta a tenebris
Secunda in qua per archam et diluvium et salvati
sunt boni et deleti sunt mali respondet secunda die
ei in qua per firmamentum facta est distinctio aquarum
ab aquis. Tertia in qua vocatus est abraham
et inchoata est synagoga que fructifica-
re et generare debebant populum ad dei cultum